



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

12. Aprilis. Pridie Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

272 ANNI CISTERCIENS.

hensi, alter triginta sex, alter viginti  
quatuor vulneribus confossi, gloriose  
pro Ecclesiæ Catholicæ veritate occu-  
buistis. *Orate pro me: ut qui Martyrū*  
*palmā dignus non sum, longum saltem*  
*martyrium corporis mortificatione, ac di-*  
*gnā pro peccatis meis pñnitentiā, ducam.*

S. BERNARDUS, ser. 30. in Cant.

Morti- Genus martyrij est, spiritu facta car-  
ficatio est mar- nis mortificare; quo membra cedun-  
tyrium tur ferro: horrore quidem mitius, sed  
diuturnitate molestius.

12. Aprilis. Pridie Idus.

*Passi circa annum 1171.* BEati Monachi Cistercienses, condi-  
tione quidem ac dignitate diversi,  
sed unam ob causam passi gravem per-  
secutionem Friderici Imperatoris: qui  
vos multis calamitatibus exagitatos,  
tandem ex totius Imperij finibus inju-  
riosè proscriptis, eò quod legitimo  
Pontifici Alexandro III. contra intru-  
sum Viëtorem adhæseritis. Pauca ad-  
modùm de vestris nominibus nota in  
terris sunt, sed ob fidei vestræ inter tot  
adversa constantiam, expressa in libro  
Vitæ. *Vos intercessione vestra facite, ut*  
*nomen*

nomen meum non deleatur de libro viventium; sed scribatur cum Justis, cum quibus æternum cantare merear: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

B. ERIC E, Erici magni, Regis Danorum nepos: qui cùm ad sceptrum, <sup>annum</sup> post patrui mortem, esses evectus, ac <sup>1145.</sup> te monachi à sancto P. BERNARDO ad instantiam Eskylli Primatis in Daniam missi, inviserent: adeò amore illorum captus es: ut constructo, regiéq; dotato monasterio de Fyonia, abje- <sup>Regno</sup> cisti regni insignibus, te illis per habi- <sup>abdica-</sup> tūs religiosi susceptionem associaveris. to, mo- Coronabant exinde regium verticem, <sup>nachū</sup> diadematis loco, maximarum virtu- induit. tum gemmæ. Gloriabantur manus, dum pro clavo ligonem & sarculum versabant. Portabant humeri lætiūs detritam & asperam cucullam, quā auro argentoque pictam chlamydem. Sed hæc nempe via regia fuerat, quā de regno perituro ad immortale con- scendisti. Regnum cœleste devicti mundi <sup>Regnū</sup> præmium esse quamquam non ignoremus; cœleste. tam fatui tamen sumus; ut mundo magis, quā Deo servire delectet. Tu me ex ista detestabili servitute libera; quam nempe generoso animo conculcavisti.

B. THEODERIC E, monache & Floruis Sacerdos incliti monasterij Eberbacen.

274 ANNI CISTERCIENS.

annum  
1222.


sis, vir integerrimæ simplicitatis, & verè Israëlita, in quo dolus non erat. Quamobrem D E O, cuius sermocinatio cum simplicibus est, cum primis dilectus, interiori illo lumine donatus es, quo aliarum conscientiarum arca-  
Formi- na perspiciebas. Intereras aliquando dabilis sacrificio cujusdam presbyteri, vitam suo muneri minùs congruam ducentis. Hunc, dum sacrosanctum cibum ori

indigno admovebat, vidisti pro candi- di panis speciebus ignitos carbones in- gerentem. Fac, ut oculus cordis mei sit

simplex & rectus: sit ad aliorum actiones cæcus: nec quidpiam aliud videat, vel dis- cutiat, quam seipsum.

S. BERNARDUS, ser. 24. in Cant.

Quis  
rectus  
corde? Illum ego rectum corde dixerim; qui & recte in omnibus sentiat; & à re- cto, quod senserit, in nullo dissentiat.



13. Aprilis. Idibus.

Floruit B. HILARI: qui in monasterio Bo- circa nævallis in Delphinatu, sub disci- annum plina sancti Hugonis Abbatis p̄fissime

1173. instructus; cùm insignes virtutum tu- arum flores, uberem cum ætate sancti- tatis messeni promitterent, eos adhuc

immia-